

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5311

**Auteur(s) :** Raoul de la Haye [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1257, août

**Lieu d'émission :** Mesnil-au-Val

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul de la Haye, chevalier du diocèse d'Évreux, vend au chapitre de Coutances pour soixantequinze livres tournois, prélevées sur l'argent de Jean [d'Essey], des rentes dues sur les paroisses de Tourlaville, du Mesnil-Au-Val, de Cherbourg et de Digosville. Ces rentes serviront à célébrer l'obit de cet évêque.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delamare François-Auguste, *Essai sur la véritable origine et sur les vicissitudes de la cathédrale de Coutances*, MSAN n°2, 2, 1841, p. 219.

b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 38, p. 142-144.

Texte établi d'après b

Sciant omnes presentes et futuri quod ego, Radulphus de Haia, miles, de dyocesi Ebroicensi, vendidi et concessi et omnino dimisi capitulo Constantiensi, ad anniversarium venerabilis patris Johannis, Dei gratia episcopi Constantiensis, post decessum ipsius, in eadem ecclesia sollemniter celebrandum, scilicet omnes terras et redditus cum homagiis et pertinenciis quos michi debebant annuatim ad festum sancti Michaelis, Natale et Pascha homines et tenentes inferius nominati de omnibus tenementis suis que tenebant de me in parrochialis de Torlavile et de Mesnil Vair, de Cesarisburgo et de Digouvilla, Constantiensis diocesis, videlicet apud Torlavile, Ricardus Hare, duos panes de tribus tur. et duas gallinas ; Symon Letot, duodecim denarios, tria quarteria frumenti ad mensuram de Torlaville, duos panes de duobus cenomanensibus et duas gallinas et viginti ova ; Thomas, filius Corei, undecim bussellos frumenti ad eandem mensuram, duos panes de duobus cenomanensibus et duas gallinas ; relecta et heredes Philippi de Galai, unum panem de tribus obolis et unam gallinam ; et apud Mesnil au Vair, Ricardus Couquet, duos solidos tur., duos panes de duobus cenomanensibus et duas gallinas ; Radulphus le Cousturier, tres solidos tur., duos panes de duobus cenomanensibus et tres gallinas ; Guillelmus Larostoile, duos solidos tur., duos panes de duobus cenomanensibus et duas gallinas ; Guillelmus Clementis decem et octo denarios tur., unum panem de cenomanensibus et unam gallinam ; Robertus, filius Rogeri de Mesnillo, quatuor solidos tur., tres panes de tribus cenomanensibus et quatuor gallinas ; Aelicia, filia Ricardi de Mesnil, sex solidos tur., unum panem de tribus cenomanensibus et duas gallinas ; Rogerus le Bret, tres solidos tur., quatuor panes de quatuor cenomanensibus, unum galum et tres gallinas ; Ranulphus le Diacre, XVIII denarios tur., duos panes de tribus tur. et duas gallinas. Apud Cesarisburgum, Thomas Pecoulet, quatuor solidos tur., unum quarteron piperis, de masura cum pertinenciis quam tenet ratione uxoris sue ; Guillelmus Tuebeuf duos solidos tur., unum quarteron

piperis de masura cum pertinencis quam tenet ratione uxoris sue juxta domum dicti Thome Pecoulet. Apud Digouvillam, Ricardus Martin, quatuor solidos tur., quatuor panes de tur., duas gallinas et viginti ova ; Guillelmus Cosquet, decem et octo tur., duos panes de tribus tur. et duas gallinas ; Radulphus Godefredi, tres solidos tur., duos panes de duobus cenomanensibus, duas gallinas et viginti ova ; Guillelmus Bordet, sex solidos tur., duos panes de cenomanensibus, duas gallinas et viginti ova ; Radulphus Gouion, quindecim solidos tur., septem panes et dimidium de septem tur. et uno obolo, septem gallinas et dimidiam ; Robertus Ogeri, quindecim solidos tur., septem panes et dimidium de septem tur. et uno obolo, septem gallinas et dimidiam ; Ricardus Tosquet, quatuor solidos tur., tres panes de cenomanensibus et tres gallinas ; Herodes Abacchaisne, duas gallinas. Percipiendum et habendum et reddendum in perpetuum decetere annuatim predicto capitulo suisque successoribus libere, pacifice et omnino quiete, per manus predictorum hominum et tenencium et heredum suorum cum homagiis ipsorum, servicis exidencis omnibus, et omni alio jure quod habebam et habere ego seu heredes mei poteramus in predictis eorum tenementis sine reclamatione et conditione aliqua decetere mei et heredum meorum ; et ego eciam et heredes mei tenemur eisdem capitulo suisque successoribus in perpetuum hec predicta omnia garantizare et deliberare contra omnes bona fide vel alibi in proprio hereditagio nostro valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus, salvis fesanciis et juribus capitalium dominorum que homines et tenentes predictorum tenementorum tenentur omnino insuper acquitare ; et hec omnia juravi super sacrosancta evangelia me fideliter servaturum et quod decetere contra non veniam ullo modo. Pro hac autem venditione, concessione et dimissione taliter a me facta dedit michi predictum capitulum de denariis predicti reverendi patris sexaginta et quindecim libras tur. et persolverunt. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen presentem cartam sigilli mei munimine roboravi et sigillum curie Constantiensis ad majorem certitudinem et notitiam sigilli mei unacum eodem apponi procuravi. Actum est hoc anno gracie M° CC° L° VII°, mense augusti, apud Mesnil Auvair.